



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Historia Qvarta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

rorum , mira proceritate ferocientes , tetræ , nigræ , flammantibus oculis : qui alio non dicto , sed dentibus formidabiliter frenentes , insolito tumultu ac ferocia in conclave introrumpunt , illudque ingenti , & latè personante cum furore occidunt.

Ilico tam violenta conquisatio , confractio , & ululatus consequitur ; ut tota dominus contremiseret.

Interea famuli expergefieri , curriculo ad conclave advolare ; istud tamen omni etiam virium conatu adhibito , penetrare nequeunt , ideoque jam ante ex formidando , qui præcesserat , tumultu , & turbatione exterafacti , pedes retro ferunt.

Illucescente die , animos resumunt , & probè armati , Domino suo suppetias ( heu nimis seras , ) laturi , ad conclave recurrent , quod nec hac vice referare per vires suas posseunt . Vnus eorum audacior , arreptis scalis ad fenestram se unam evehit , introspicit , neminem conficit : progreditur , & per fenestram in ipsum conclave se intromittit , obseratam januam aperit . Quà ad-

apertâ omnis familia se introfert : huc illeque oculos circumferunt , Dominum suum indagantes , & reperiunt illum tandem , sed absque ullo vita superstitis indicio . Misérabile corpus sub lecto jacebat , instar globi convolutum , inter pedes inclusum hæbet caput , ex toto sanguinolentum , nigrum , informe & abominandum , artus omnes , & ipsa adè ossa contracta , & comminuta erant , humus , lectus , & parietes recenti cruore madidi , & foedati . Talem , tamque tragicum exitum habuit , tot nobilia stemmata , tot præclaras naturæ dotes ostentans Iuvenis . Nec diu in suā coram D E O infelicitate felici esse licuit : quid enim animæ inde factum sit , pronum est conjicere ; ut adè verissimum esse illud , miserando hoc exemplo discamus : Breve , & momentaneum est , quod delectat , longissimum verò & æternum , quod cruciat . D E V S non irridetur , neque semper tardat , sed infausta peccatorum mensurâ completâ , Iustitia Suæ , ejusque executoribus cursum suum , eheu quam illætabilem ! relinquit .

## HISTORIA QVARTA.

**H**anc suppeditat iterum nobis auctor supra allegatus , nota 9. isto verborum sensu Anno 1643. D. Alphonsus Mendes , Patriarcha Æthiopiarum , scripsit Congregatione de propaganda Fide , sequentem & planè miserabilem Clerici cuiusdam exitum . In Ceilâ , quæ est una ex Insulis Orientalibus , vivebat sacerdos quispian , totus immersus libidinis faculcentiæ : multo tempore domi suæ concubinam tenerat , ex qua , postquam aliquot natos sustulisset , in gravissimum morbum subito conjicuit , quem ipsemet lethalem & extremum esse , tunc judicavit , qualem etiam fuisse res ipsa docuit . Itaque advocabâ Lupâ suâ , varia cum eadem negotia transegit , tandem subjunxit : ego morior quidem nunc ; sic virium extrema lassitudo & debilitas autumare me faciunt ; sed cave tu , ne cum alio quopiam Matrimonium ineas ; nam post mortem meam ocyus me inde expediā , & ad te revertar ,

sicque delitosam vitam , quam haec tenus inter nos duximus , porrò continuabitur . His dictis , paulò post infelicem animam exhavit .

Quò autem hanc abiisse putabimus ? non aliò , quam unde ad hanc usque diem , nemo rediit ; certè nec ipse reversus fuit . Iste nimurum foedissimi hujus sceleris inter alios crudissimus fructus est , ut ipsum Rationis , Fideique lumen poenitus obfuscet , & formidabilem mentis cæcitatem inducat , unde in tam vehementer absurdas persuasions , & hereticas adè opinaciones prolapsus existit . Considerate itaque , exclamat S. Ephraem , fratres mei , ne dum subito clamor insonuerit , inveniatur quis vestrum Lampadem obscuram , & sine oleo habens , damneturque in tenebras exteriores , & supplicia illa immortalia , atque æterna , ubi erit fletus & stridor dentium , nunquam finiendus aut mitigandus .

## HISTORIA QVINTA.

**D**ignus est gravi consideratione Casus iste , ( ait Auctor noster appendice ad Notam 9. Moniti 13. ) qui Anno 1614 , 11 Aprilis , Româ mihi scriptus fuit , à fide dignâ personâ , qui evenit in ipsius Vrbis quodam Hospitali , secundum scriptam

relationem Curati , qui tunc ibi præsens fuit ; & est hujus tenoris .

Sacerdos quispian 60 annorum , infirmitate tactus , recipi petuit in Hospitale , & magnâ cum charitate acceptus , medicinis , aliisque rebus necessariis , bene habitus fuit : Mor-